

iudex Sabathus de Melo

72

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Sabathus de Melo

72

1490-02-12

Die duodecimo mensis Februarii, octave indictionis, Tarenti.

In presentia Sabati de Mele, regii iudicis per totum regnum Sicilie, Francisci de Patrello de Tarento, puplici ubilibet per totum predictum regnum... notarii et subscriptorum testium,... videlicet domini Nicolai de Rahone, domini Maselli Carrani, Angeli de Capitigniano, domini Cesari Scalone Santori de Troya, Barsanofrii Cardicoli, etc. Prefate partes asseruerunt... diu fuisse altercatum... inter Iohannem Franciscum... et... Pascharellum et Rosam,... super petitione certe quantitatis terrarum in contrata Au[ri]feccia, in tenimento... Mathere;... et volentes ipse partes... parcere sumptibus et expensis, dictam litem... compromiserunt in... utriusque iuris doctores... Eustasium de Fanello de Mathera et... Iohannem Baptistam de Salicetis de Troya... Unde nos qui supra, Christi nomine invocato, assedente una nobiscum in presenti causa pro magistro actorum per nos assumpto notario Dominico de Fanello de Tarento, visis meritis dicti processus facti et agitati in dicta causa, tam principalis quam appellationis, et consideratis considerandis per omnia et singula que vidimus et ruminavimus, que ad presens animum nostrum morent ac animum cuiusvis equi iudicis moverent, movere possent et deberent, habita consideratione etiam ad necessitatem et paupertatem dictorum Pascarelli et Rose, potius quam ad eorum iustitiam quam tenent in dicta causa, equitate pensata, que in arbitramentis est potissima, ut arbitri, arbitratores et amicales compositores, habentes Deum pre oculis, laudamus, arbitramur, sententiamus et condempnamus dictum Iohannem Franciscum ad dandum, solvendum, numerandum et mensurandum

uncias quinque... et currum unum frumenti, ad rationem et mensuram civitatis Mathere, predictis Pascharello et Rose, ex causa predicta, nec non adiudicamus dictas terras et fructus perceptos medio tempore ex terris predictis prefato Iohanni Francisco, presens enim laudum et arbitramentum et sententiam taliter in hiis scriptis proferentes.

1

Lecta, lata et rocitata fuit in domo residentie supradicti domini Iohannis Baptiste, sita... in Tarento, in pictagio Balei, iuxta domum heredum quondam Leonecti de Prothontino, iuxta domum Aligrecti Pastoris, viam publicam et alios confines, per supradictos dominos arbitros eorumque curiam, mense, die, loco et indictione predictis, presentibus ambabus partibus et sententiam seu laudum ferriulantibus ac dictam sententiam seu laudum per arbitros emologatum laudantibus et acceptantibus, presentibus quoque infrascriptis Monto de Monte de Tarento, per totum regnum Sicilie iudice et testibus infrascriptis, videlicet: dompno Petro Pascarelli de Mathera, Santoro de Troya, Ioanne Paulo domini Roberti, Berardino domini Roberti et Donato de Spetiario de Tarento.

Dovrebbe trattarsi della contrada *de Aurifuso o Aurifusio* già attestata nei docc. 42, 62.